

**Bulla Julij pape. ij. edita contra Johannem Bentiuoli  
in ciuitate Bononiens. libertate ecclesiastica occupante.**

**CHARLAS rē.**



**A** futuram rei memoriam. Cum ante eer ni tribunal iudi-  
cis de cōmissa nobis diuina clementia non nostris meritis  
catholice ecclesie administratione rationum reddere tenea-  
mur et in districtu illo examine populi xpiani perditionem  
tam animarū q̄ corporū a nobis requiri debere non oubitemus maxi-  
ma cautio a nobis habēda est et omni studio et conatu intendendum.  
Ne per insidias nequissimi hostis humani generis salus eorū qui cus-  
re nostre crediti sunt dispareat aut in aliquod discrimen adducatur sed  
inter eos iusticie cultus iugiter obseruetur et pacis tranquillitas sine  
ra vigeat. Cum itaq; Bononia ciuitas ampla et doctoꝝ viroꝝ alum-  
na non solum pastoralis cure verumetiam pleno iure temporalis do-  
minij ad ecclesiam Romanam spectet nostre diligentie incumbit de il-  
lius salute tam in spiritalibus q̄ temporalibus vt pote de peculio bea-  
ti Petri et nostro solertem curam specialiter adhibere. quantis cala-  
mitatibus retroactis temporibus dicta Ciuitas tam propter seditio-  
nes et similtates in ea exortas. tum propter aliquoꝝ principum vio-  
lentiam. tum propter nōnulloꝝ ciuium Tyrannidem afflictā fuerit ne-  
mo est qui nesciat et illius non misereatur. Verum cum ad sinum apo-  
stolice sedis per se. re. Nicolauum papam. v. predecessorem nostrum de-  
cepta esset videretq; in pace illam debere quiescere potentis optima;  
tum de Bentiuolis qui fauoribus Romanoꝝ pontificum creuerunt  
et amplificati sunt facies tranquillitatis in illa immunitate est omniaq;  
bene extracta fundamenta euerā sunt Bentiuolus per tyrannidem  
fauentibus sibi nōnullis Italie principibus administrationem in ea ci-  
uitate in hanc vsq; diem occupantibus et pro arbitrio disponentibus  
in tantam sane Bentiuoli se erere tyrannidem. vt contra Romanā  
ecclesiam alioꝝ principum confederationes sequentes bella gesserint  
nobilissimas illius ciuitatis familias per cedes proscriptiones et perse-  
cutiones extinxerint liberi amicitines opprefferint doctos et nobiles  
ac claros viros nō solum seculares sed etiam ecclesiasticos trūcida

uerint et indices trucidant honestas civium congregationes tanquam sibi  
suspectas exterminauerint matrimonia et commercia libera esse ibidem  
non permiserint exploratores et sicarios apud se nutruerint ac faci-  
nozos homines plures quam bonos ciues dilexerint et honoribus ac super-  
ditijs supra alios eleuauerint publicos redditus ciuitatis occupauerint  
et in proprios usus conuerterint. nouas gabellas imposuerint. arma-  
tis equitum et pedum copijs impensa publica ciuitatis conductis et  
etiam exterius ad terrorem Ciuium eandem repletam tauerint **Jo-**  
**bannes** quoque **Bentiuolus** priuatim per omne nephas tamdiu ibidem  
usurpans **Legati** apostolici et nostri aliorumue officialiuz ecclesie au-  
ctoritatem et potestatem deprimens ad se imperij summam traxerit. adeo  
ut solum dominij nomine nobis et sedi aplice relictum fuerit et **Benti-**  
**uolozum** nomen seu secte quod illorum cognomen est in ore illius popu-  
li magis quam nostrum et **Romane** ecclesie personet venerabiliusque habe-  
atur. Idemque ad regium vestigium aspirans sub queesito colore **Impe-**  
**rialis** licentie monetam suo nomine cuius fecerit **Johannem** secundum  
more legitimum **Principum** in monetis se inscribendo. Et demum  
quod non minus abhominabile est. ipsius **Johannis** et filiorum ac **Sa-**  
**tellitum** suorum petulantia effectus est. ut mores illius optime **Ciuitatis**  
mirum in modum corrupti sint. non tuta mulieribus pudicitia. non tu-  
ta mercatura. non firma fides. nulla censuraz ecclesiasticaz et sedis apo-  
stolice reuerentia. Nos qui dum in minoribus essemus ecclesie **Bo-**  
**noniensi** **Triginti** annis ex apostolica pcessione presuimus aliquotque  
alijs in eadem **Ciuitate** **Legationis** munere functi sumus predicta  
non sine magno cordis nostri dolore ad minus et aliqua ex parte vidi-  
mus atque palpauimus. illarum miseratione et apostolica ultione digna  
semper iudicauimus. Postmodum diuina gratia ad apostolatus api-  
cem assumpti. cum animo nostro semper inhesisset velle si facultas da-  
retur eidem **Ciuitati** oppressae ac in seruitutem redactae oportune con-  
sulere. **Oratoribus** ad nos **Bononiensi** nomine pro obedientia prestan-  
da destinatis inlucimus ut **Sedecim** de regimine et ipsam **Johan-**  
**nem** nostro nomine moneret. quibus curarent ut in dicta **Ciuitate** iusti-  
cia et equalitas non esset usurpatio et vis potentis locum haberent be-  
neque in ea et libere. viuere liceret. Sed dum emendationem aliquam

in eis expectamus omnia in deterius labi per diuersas illaz querelas ad nos deferant. Quibus excitati per Oratores et Punitos eiusdem Ciuitatis ad nos venientes ab eis petimus vt idem Johannes cū quatuor ex Sedecim dicti Regimini. aut eius filij cum aliquibus ex Sedecim predictis ad nos venirent vt possemus de reformatione ciuitatis et status illius aliqua tractare. In quo petitioni nostre obtinere perare noluerunt. quare adducti fuimus vt consilium caperemus de aduendis per nosipfos visitandis et reformandis aliquibus ecclie Romane ciuitatibus; et precipue ipsa Bononia et illius statu. Sicq; assumptis aliquibus Corpis vt contumaces compescere possemus iter maturata deliberatione cum Venerabilibus fratribus nostris sancte Romane ecclesie Cardinalibus ipsis nos comitantibus arripuimus. Et dum Alterbim pro componendis rebus illius Ciuitatis immoraremur Venerabilem fratrem Antonium Archiepiscopum Sipontinam Camere nostre Auditorum Bononiā premisimus; qui paternum erga Ciuitatē illam affectū nostris et aduentus nostri causas eisdem intimaret; eosq; adhortaretur ad ea constituenda et preparanda per que cum securitate et dignitate nostra absq; eorum incommodo et damno quieti et bono regimini dicte Ciuitatis consulere valeremus. Eisdemq; per nostras in forma breuis litteras plenam facultatem et potestatem concessimus omnibus et singulis tam magistratibus q; priuatis personis Ciuitatis eiusdem quibus ipsi Archiepiscopo videretur; sub rebellionis confiscationis omnium bonorum suorum priuationis officiorum et inhabilitatis ad illa. Necnon excommunicationis late sententie et interdicti penis mandandi. Et premissa omnia sicut bonos et fideles sancte Romane ecclesie filios decet efficere et adimplerent. Quibus commissa sibi fideliter executus desiderium et voluntatem nostram Consalorio regimini anxiatus dictoq; Johanni Bentiuolo et alijs populi magistratibus dicte Ciuitatis cum ea qua debuit efficacia et instantia exposuit; eosdemq; sub penis in dicto breui contentis monuit vt ad executionem contentorum in illo et requisitione per eum factam cum effectu procedere sicut tenebantur deberent; dicti Breuis contentia et mandato in autentica forma; per vnum ex Cursoribus nostris prouisi a nobis iniunctum fuerat intimatis. Qui vero in illo Regimine ad

vnus **Johannis Bentuoli** nutum sedent in maiorem arrogantiam  
proumpentes a mandato dicti **Archiepiscopi** auditoris nomine no-  
stro eiusdem sacro cōminationis censurarū et penarum ad futurum con-  
cilium et successores nostros manifestam heresim incurrendo contra  
omnem iuris formam et dispositionem apostolicasq; **Constitutiones**  
et precipue sancte memorie **Pij** pape .ij. predecessoris nostri appella-  
runt **Ciuitatem** militum et equitū copijs compleuerunt. atq; aditum  
ad ciuitatem nostrā nobis nisi certis legibus et cōditionibus pro arbi-  
trio eoz prefixis denegare presumunt. et ad resistendū nobis arma pa-  
rauerunt. ac in eo magis se confirmāt aduersus pastores et dñm suum  
atq; eoz matrem **Rō.** ecclesiam rebeliando his cōpuli temerarijs co-  
natibus et excessibus. ad ecclie correctionis et acrimonie flagella ma-  
num apponere cogimur. Ut quod paterne monitiones nostre effice-  
re non potuerunt hoc seueritas discipline neruisq; ecclesiasticarū cen-  
surarum efficaciter nobis obtineant. Volentes igitur in tranquillita-  
tis amenitatem **Ciuitatem** ipsam restituere et pacificum nobis eiusdē  
ingressum preparare. Habita super hīs cum predictis fratribus nris  
deliberatione matura de eoz consilio **Præsidentes** regimini eiusdē  
qui **Sedecim** vulgariter nominatur **Anxianos** **Texilliferum** iusticie  
**Consalauerios** populi **Assarios** et eoz quolibet omnesq; et singu-  
los **Ciues** **Incolas** et habitatores eiusdem ciuitatis cuiuscūq; status  
gradus ordinis et preeminentie existant tam clericos q̄ laicos quacū-  
q; dignitate ecclesiastica vel mundana prefulgeant quorū nomina et  
cognomina ac speciales expressiones hic haberi volumus pro exp̄ssis  
in domino requirimus et eadem auctē apostolica monemus: **Ipsis** et  
eoz cuilibet per hec aplica scripta districte precipiēdo mādātes: q̄tis  
sub excōis a qua non possint ab aliquo q̄ a **Romano** pontifice etiam  
per quacūq; speciales facultates preterq̄ in mortis articulo ac etiā  
crimine lese maiestatis et rebellionis penis quas ipso facto si manda-  
tis hmoi nostris non paruerint incurrant **Infra** **Nonem** dies post affi-  
xionem presentium in locis pro publicatione earundem **Infra** designā-  
dis immediate sequentes. Quorum tres pro primo tres pro secundo  
tres pro ultimo et peremptorio termino ac monitione canonica pre-  
missa eis et eoz cuilibet assignamus **Sedecim** ac eorum quilibet **Cō-**

munitas vniuersiq; Ciues ipsius Ciuitatis et alij omni mora et excusa  
 tione postposita armatos Equites etiã leuis armature seu armigeros  
 quoscunq; quos vel ex publico stipendio vel priuatim cõduerint ac  
 in eadem ciuitate suburbij et vicinis locis et terris tenet ex illa expel  
 lant. Et insuper omnibus et singulis Domicellis armorum ductori  
 bus armigeris stipendiarijs que tam equestribus q̃ pedestribus etiã  
 temporali dominio Romane ecclesie non subiectis sub dictis cen  
 suris penis et terminis precipimus similiter et mandamus. nec ad stipen  
 dia dictorum Sedecim seu protensi regiminis eorum aut alicuius ex  
 Bentinolis vel officialium vel Cõmunitatis aut Ciuium predictorum  
 se collocent neq; sub eisdem sub pretextu exacti in stipendij firmitate  
 conducte aut obligationis etiam intacte. a quibus vinculis nos eos  
 dem absoluiamus per presentes militantes perseverant. aut illis cuius ar  
 mis fauore aut defensione quoquomodo assistant. sed ab eisdem omni  
 nino et extra Ciuitatem et loca predicta recedant. Necnon etiam sub  
 eisdem censuris penis et terminis pari modo monemus Sedecim offi  
 ciales Cõmunitatem et quemlibet eorum ac omnes alios et singulos  
 predictos ne ultra numerum familie et seruitorum ante tres menses in  
 pacifico statu Ciuitatis haberi et teneri conuetum. aliasq; personas  
 tam equestres q̃ pedestres Cõmunitates Ciuitatis incolas et ha  
 bitatores seu etiam forenses in palatijs tam Legati q̃sicõmunis et Ci  
 uitatis Bononie ecclesijs Capitulis cõmunitatibus monasterijs ho  
 spitalibus alijsue locis Ciuitatis predictæ suburbiorum et vicinarũ illi  
 terrarum seu habitationum publicis tam ecclesiasticis q̃ secularibus  
 Necnon in domibus ipsorum tenere presumant sed dictas psonas a  
 se dimittere et excludere ac ad recedendum de ciuitate et suburbij et  
 locis Ciuitati vicinis cogere debeant. Et vt peccandi occasio magis  
 tollatur Sedecim et alijs predictis inbibemus sub eisdem censuris et  
 penis ne aliqua arma offensibilia vel ad pugnandum apta cuiuscunq;  
 generis erisiant. Necnõ machinas. et quas vulgus Arteglarias vo  
 cat in predictis locis et domibus tam priuatis q̃ publicis sub aliquo  
 magistratus vel officij seu alio quouis colore habere presumant nisi  
 de licentia Locumtenentis in Ciuitate illa dilecti filij nostri et iecun  
 dum carnem Nepotis Galeotti tituli sancti Petri ad vincula presbi

feri Cardinalis Legati ibidem per nos et sedem apostolicam deputati vel alterius ad id a nobis deputandi. Sed illa omnia et singula in regre ad eundem Locumtenentem vel ut prefertur deputandum deferant seu deferri faciant et in eiusdem libera potestate tradant et assignent. ac quo belli potius quam pacis iusticia et hostilia preparamenta esse solent incastellationes repagula et propugnacula ecclesiarum monasteriorum palatiorum portarum urbium aliorumque locorum publicorum vel privatorum tam ecclesiasticorum quam secularium in dicta Civitate Suburbij et locis illis adiacentibus vel vicinis consistentibus nullo pacto faciant edificent vel facta corroborent quinimmo quecumque talia que a tribus mensibus citra corrobodata et facta reperirentur. destruant et solo equent. Et quoniam morbi radice extirpata quelibet pars corporis facilius curari poterit Johannem Bentivolum predictum et dictos eius filios omnes sub censuris penis et terminis infra scriptis monemus ne de dicto regimine aut gubernatione dicte Civitatis directe vel indirecte quocumque quesito colore impediant siue palatia publica dicte Civitatis ingredi audeant donec aliter per nos ordinatum fuerit. sed ad presentiam nostram ubicumque cum Curia nostra nos esse contigerit personaliter se conferant super premissis deliberationem nostram audituri ac mandatum nostrum suscepturi. Si autem dicti Johannes et filij infra prescriptum eis terminum mandatis nostris non paruerint quod non credimus dictis Sedecim Texillifero et officialibus ac Civibus mandamus sub penis infra scriptis ut dicti Johannem et filios personaliter detentos et captos ad nos transmittant vel saltem de Civitate et Comitatu Bononiensi etiam vi armorum ubi opus fuerit eiciant et expellant. Quod si Sedecim et eorum quilibet et alij predicti uniuersi et singuli premissis mandatis inhibitionibus ac monitionibus nostris in omnibus et per omnia non paruerint Illos eorumque fautores adherentes consultores coplices et sequaces eorum exnunc prout ex tunc excommunicationis criminis lese maiestatis et rebellionis eos et culpabiles eorumque mobilia bona debita et iura ubicumque consistentia confiscata esse declaramus et Felice Camere apostolice applicamus et incorporamus. Et ad maiorem prefatorum inobedientium confusionem Omnibus privilegijs et indulgijs etiam suis

dii generalis p̄cessionibus ⁊ gratijs dignitatibus honoribus quibus  
 vtuntur ⁊ gaudent seu muniti sunt. Necnō bonis omnibus que in seu  
 dum vel Emphiteosim seu als a Romana vel alijs ecclesijs monaste  
 rijs ⁊ locis ecclesiasticis obtinent eisdem vt presertur monitos ⁊ cō  
 munitatem ⁊ Ciuitatem predictas penitus priuamus. dicraq; bona  
 feudalia vel emphiteonica ⁊ alia ab ecclesijs obtēta ad domos suos  
 reuerti debere ita vt de illis libere disponere possint decernimus. va  
 sallosq; eorundem Castellanos ⁊ custodes quarumcunq; artium for  
 tiliciozum opidorum vel terrarum a presatis ⁊ singulis vel cōmunita  
 te illa deputatos a iuramēto fidelitatis iure vasallatico ⁊ omni subie  
 ctione absoluiamus ⁊ plenarie liberamus. Et si aliqui ex monitis ⁊ ex  
 cōmunicatis predictis clerici seculares vel regulares vel als religio  
 si prelati administratores rectores ecclesiarum monasteriozum con  
 uentuum vel beneficiati quouis modo ⁊ in sacris ordinibus constituti  
 fuerint illos prelaturis administrationibus regimine predictis ⁊ om  
 nibus ⁊ singulis beneficijs dignitatibus personatibus officijs canoni  
 catibus ⁊ prebendis alijsq; beneficijs ⁊ titulis ecclesiasticis ⁊ ordini  
 bus etiam sacerdotalibus ad quos promoti forent sine vlla spe restitu  
 tionis priuados ⁊ priuatos esse per presentes decernimus. Quodq;  
 beneficijs illis possit ⁊ debeat per sedem apostolicam duntaxat seu ad  
 illa facultatē specialē haberi absq; alia declaratione incurtus pene hu  
 iusmodi libere illico prouideri. Quodq; si moniti ⁊ excōicati predicti  
 huiusmodi excōmunicationis sententiam huiusmodi aggrauamus ⁊  
 reaggrauamus ⁊ extunc prout extunc Cathedralē ⁊ alias inferio  
 res eiusdem Ciuitatis ⁊ diocesis ecclesias monasteria prioratus do  
 mos conuentus ⁊ loca religiosa vel pia cuiuscunq; ordinis etiam mē  
 dicantium fratrum Predicatorum Minorum Heremitarum sancti  
 Augustini Carmelitarum. aliorumq; quorumcunq; ordinum ⁊ reli  
 gionum ac etiam Ciuitatem ipsam ⁊ diocesim ecclesiastico interdico  
 subiicimus ita vt illo durante in illis etiam preteriti cuiuscunq; indul  
 ti personis Ciuitati ordinis vel loci huiusmodi concessi cuius tenorē  
 de verbo ad verbum hic volumus haberi pro expresso. Adisse ⁊ alia  
 diuina officia in illis celebrari nequeant Quinimmo Cathedralis ⁊  
 aliarum ecclesiarum Prelatis canonicis ⁊ capitulis parrochialium

ecclesiarum Rectoribus Abbatibus Prioribus Monachis etiam  
congregationis sancte Iustine Canonice etiam Lateranensis con-  
gregationis Custodibus Guardianis fratrum predicatorum et alijs  
secularibus clericis vel regularibus ibidem morantibus Episcopo et  
Vicario civitatis eiusdem duntaxat exceptis. vt infra Quinq; dies  
post dictos tres dies immediate sequentes exeat de dicta Civitate  
et dioecesi sub pena excommunicationis quam ipso facto incurrant man-  
damus dimissis in dictis ecclesijs aliquibus presbiteris pro ministran-  
do baptismate paruulorum. penitentia morientium et alijs sacramentis  
ecclesiasticis que tempore interdicti ministrari permittitur. Neq; ad  
loca ipsa reuertantur donec moniti et excommunicati aggravati et reag-  
gravati predicti nostris monitionibus et mandatis obtemperauerint et  
meruerint interdicti huiusmodi relaxationem obtinere. Quod si quis eis con-  
trafecerit et cedere a dictis locis neglexerit et ad ea reuerti ante tem-  
pus predictum presumpserit ipsos omnes et singulos excommunicatos  
declaramus a qua excommunicatione non possint ab alio q̄ a Roma-  
no Pontifice absolui et dignitatibus prelaturis administrationibus et  
beneficijs quibuscunq; priuandos eosdem. ecclesias quibus beneficia  
ti fuerint monasteria domos conuētus et loca ecclesiastica omnibus  
gratis priuilegijs et indultis priuatos esse decernimus. Et insuper vt  
per seueritatem ultionis presati Sedecim et alij moniti excommunicati  
aggravati et reaggravati ad cor redire compellantur Illos nisi respu-  
erint et monitionibus nostris predictis obediuerint decernimus infame  
esse. ne ad dignitates honores et officia aspirare aut ascendere te-  
stimonium perhibere testamēta codicillos condere alicuius successio-  
nem ex testamento vel ab intestato acquirere. legata vel donationes  
capere. iurisdictionē exercere. compromissum in se suscipere. in causis  
procurare vel postulare. de instrumentis si notarij fuerint rogare. cre-  
dita ab eorū debitoribus erigere quouismodo valeant. filij quoq; et ne-  
potes et descendentes eorum vsq; ad quartam generationē ecclesijs  
Monasterijs Dignitatibus Canonicijs Officijs et beneficijs ec-  
clesiasticis q̄ etiam Honoribus Dignitatibus et Officijs secularibus  
si que obtinent priuati existant et de cetero ad familiam et ordines ec-  
clesiasticos inhabiles penitus reputantur. Monemus propterea



et requirimus auctoritate predicta omnes et singulos studentes prece-  
 pue scolares causa studij inibi degentes quos primum potuerint post die-  
 ctos tres dies ex dicta Ciuitate et suburbij et locis vicinis recedant  
 neque ad illam durante interdicto predicto redeant. Alioquin illos ex  
 eis qui monitioni et mandato nostro homini parere distulerint simile pro-  
 fus excommunicationis sententiam eoislo incurrere volumus. qua non  
 possint ab alio quam a Romano pontifice nisi in mortis articulo absolu-  
 tionis beneficium promereri. Rursus vniuersis et singulis alijs fidelibus  
 christianis iniungimus vt monitos et excommunicatos predictos  
 euitent et quantum in eis est euitari faciant. Ne cum eisdem commercium  
 aliquam conuersationem vel comunionem habeant aut eis prestent ali-  
 quod consilium auxilium vel fauorem. Nos enim loca ad que aliquem  
 excoicatorum eorumde declinare contrigerit quod in illis permaserint  
 et triduo post eorum inde decessum ecclesias monasteria religiosa et pia  
 loca quecumque que in illis sunt ecclesiastico subijcimus interdicto. In-  
 hibemus quoque omnibus et singulis temporalia dominia obtinentibus  
 etiam Regali Ducali principatus Marchionatus Comitatus vel  
 alia dignitate fungentibus vniuersitatibus Conratibus quamcumque  
 potentiam et dominatum obtinentibus sub similibus excois quoad sin-  
 gulos interdicti. quoad communitates et vniuersitates ciuitates dio-  
 ceses opida terras et loca quecumque illis subiecta censuris et penis si  
 contrafecerint eoislo incurrendis. Et cum eisdem Sedecim regiminis  
 comitate et ciuitate Bononia predicta cum dicto Johanne et filijs suis  
 directe vel indirecte maxime ad impediendum introitum et moram no-  
 stram in dicta Ciuitate et reformationem per nos faciendam de eadem  
 aut comotionem alicuius expugnationis contra nos et Legatum offi-  
 ciales et statutum nostrum faciendam seu in preiudicium dicte ecclesie  
 Ro. aut ad alium quemcumque effectum sine licentia nostra cum ciuitas  
 Bononia ipsius Bononiesi subditi nostri existant ad federa venenire  
 non valeant Ligas confederationes colligationes intelligetias nul-  
 lo modo occulte ineant aut hactenus forsan initas et conclusas quas  
 quatenus contra factum propositum nostrum et supremam super ean-  
 dem ciuitatem potestatem nostram tendat etiam si penarum adiectione  
 vallate et iurate fuerint illarum tenores ac si presentibus insererentur pro

expressis habentes: non tenere et neminem a predictis censuris ex-  
cuiare posse declaramus que quoquomodo obseruent. Et ulterius  
si moniti excoicari interdicti priuati et inhabilitati predicti postquam pe-  
nas homini incurrerint in pertinacia sua mandatis nostris predictis non  
obediendo perseverauerint exnunc prout extunc omnes Reges Du-  
ces Principes Marchiones Comites Barones Communitates  
Vniuersitates et quoscumque alios terrarum dominos aut gentium armo-  
rum Capitaneos seductores ad quorumcumque fidelium stipendia in-  
litantes hortamur et requirimus per presentes et quilibet eorum  
in virtute sancte obedientie precipimus et mandamus quatenus contra eos  
dem Bononiensem in sua obstinatione perseverantes pro honore nostro  
et sedis predictae tanquam hostes publicos prosequi et bellare procurent  
et ut nobiscum intrare et reformare dictam Civitatem volentibus cum  
eorum armis et viribus assistunt. Nos quoque ipsis pro nobis iniurgē-  
tibus et arma sumentibus res et bona Sedecim et aliorum predictorum co-  
munitatis civitatis Bononie tam mobilia quam immobilia castra et loca  
eorundem que acceperint et occupauerint. Non obstante quod illa Fili-  
co Camere nostre apostolice ut premittitur applicauerimus et in cor-  
porauerimus in predam et plenam proprietatem concedimus et dona-  
mus et quoscumque ex Sedecim seu alijs monitis predictis ubicumque  
capi contigerit capientium seruos fieri volumus. Eos quoque qui quo-  
modo nobis contra predictos Sedecim et alios ad dictam Civitatem  
quomodolibet auxilium consilium vel fauorem prestiterint plenariam  
omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem elargimur.  
Ceterum licet excessus et scelera que supra narrauimus sint notoria  
et talia quod nulla tergiversatione celari queunt. Et in premissis dictos  
Sedecim et alios officiales et Cives Bononiensem ipsamque Civitatem  
ad parendum nobis et reformationi nostre acquiescendum inuitos abs-  
que alia monitione precise possemus. Tamen ad conuincendam magis  
eorum pertinaciam ex benignitate apostolica homini litteras monitoria-  
les fieri et mandauimus. Et ne ignorantiam earundem litterarum et in  
eis contentorum monitioni et mandatorum nostrorum ac penarum moniti  
predicti pretendere valeant litteras ipsas in Cathedralis seu maio-  
ris ecclesie Civitatis vel loci ubi cum Curia nostra nos esse contige

17

rit. Necnon in valuis Ferrariens. Mutinens. & Imolesi. ecclesiarum ca-  
thedralium affigi & publicari debere decernimus. Quarum litterarum  
publicatio sic facta eisdem monitis & omnes quos littere ipse contin-  
gere possint perinde ardeant ac si littere ipse die affixionis & publica-  
tionis huiusmodi eis personaliter lecte & plene intimate fuissent. Cui  
non sit verisimile quod ad ea que tam patenter exhibentur & publican-  
tur apud eos remanere incognita debeant. Et nihilominus pro maio-  
ri confusione monitorum & aliorum in ipsis litteris comprehensorum  
Universis & singulis Patriarchis Archiepiscopis Episcopis eorum-  
demque ecclesiarum cathedralium vel collegiatarum prelatibus Capitulis  
si personis alijs ecclesiasticis etiam quorumcumque ordinum etiam men-  
dicantium Religiosis exemptis & non exemptis vbiq; & presertim in  
Italia constitutis mandamus quatenus ipsi & eorum quilibet postquam  
fuerint pro parte nostra requisiti quilibet eorundem sub censuris pre-  
dictis per eos & singulares personas eorundem Capitulorum ipsi si  
non paruerint eo ipso incurrendis post lapsum dictorum Nouem &  
aliorum trium dierum prefatis monitis assignatorum infra alios tres  
dies quorum vnum pro primo vnum pro secundo & reliquum pro ter-  
tio & peremptorio termino ac monitione canonica premissa assigna-  
mus prefatos monitos excommunicatos aggrauatos reaggrauatos si  
non paruerint eo ipso incurrendis post lapsum dictorum nouem & alio-  
rum trium dierum prefatis monitis assignatorum infra alios tres dies  
quorum vnum pro primo vnum pro secundo & reliquum pro tertio &  
peremptorio termino canonica monitione premissa assignamus pre-  
fatos nominatos excommunicatos aggrauatos reaggrauatos si non  
paruerint in eorum ecclesijs dominicis & alijs festiuis diebus dum ma-  
ior inibi populi multitudo ad divina conuenerint cum crucis vexillo  
pullatis campanis & accensis candelis & extinctis & in terram profe-  
ctis & conculcatis ac cum trina lapidum profectione alijsque in talibus  
observari solitis ceremonijs excommunicatos publice nuncient ac faci-  
ant & mandent ab alijs nuntiari & ab omnibus artius euitari. Necnon  
pari modo faciant mandamus christifidelibus ut eos evitent & eis ne-  
cessaria non ministrent donec compuncti corde ipsi Johannes a alijs  
consilij sanctoris nostris Missionibus & Mandatis predictis obe-

temperauerint et a censuris predictis absolutioem interdicti relaxationem restitutionem et integram reconciliationem a nobis et a sede predicta obtinere meruerint. Excommunicamus quoque omnes cuiuscumque status et conditionis fuerint qui quominus presentes littere vel earum transumpta copie seu exemplaria in suis aut alienis domibus legi affigi publicari et ad notitiam publicam deduci valeant fecerint vel procurauerint quoquomodo Ecclesiisque monasteriis conuentibus et alijs locis pijs in quibus denegatum fuerit per eorum prelatos seu personas litteras ipsas publicari: priuilegia omnia indulta et gratias ab apostolica sede concessas adunimus volentes illa pro non concessis haberi. Et cum presentes littere non facile ad singula loca deferri valeant volumus quod transumptis ipsarum sub cuiuscumque Archiepiscopi vel Episcopi auctoritate facto et eius sigillo et manu publici Notarij munitis detur plena fides ac si ipse littere originales exhiberentur. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus apostolicis et alijs contrarijs quibuscumque. Seu si monitis predictis vel quibusuis alijs in dictis litteris comprehensis comuniter vel diuisim a sede apostolica indultum existat quod interdicti suspendi vel excommunicari non valeant per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Nulli ergo etc. hortationis requisitionis monitionis mandati assignationis promulgationis voluntatis excommunicationis aggrauationis et reaggrauationis decreti priuationis inhabilitationis absolutionis liberationis proclamationis concessionis precepti inhibitionis et interdicti infringere etc.

**Datum** Forlini.

**Impressum** Rome per Johannem Besicken Anno salutis  
tis. M. cccc. lvi. Die. xij. Nouembus.